



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

41. Quomodo Maximilianus I. Imp viderit dæmonem corporali forma Martini Lutheri humeris insidentem in comitijs Augustianis prædicens se mortuo illum multas turbas in toto imperio excitaturum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

stram properaret, sperans per eam se posse ef-
fugere & exilire. Verum obstabant illi can-
celli ferrei: sicq; compulsus est vna nobiscum
tantisper inclusus hærere, donec per cancel-
los ferreos ab edituo nobis esset oblata secu-
ris, mihiq; ceu iuueni viro tradita, vt ea fo-
res effringerem: quod equidem tum conatus
sum, & ad effectum perduxì. Interq; verò visu
admirandum erat, vt Lutherus angoribus cor-
reptus sursum deorsumq; cursitaret, atque
instar ouis parturientis huc illucq; sese in-
uerteret.

*Maximilianus I. Imperator, videt demonem
corporali forma Martini Lutheri hume-
ris insidentem in Comitijs Augustanis præ-
dicens se mortuo illum multas turbas in toto
imperio excitaturum.*

CAP. XLI.

CVM Maximilianus eius nominis pri-
mus Imper. Foel. recordat. Augustæ Vin-
delicorum anno 1518. Imperialia Comi-
tia, eademq; vltima suæ Maiest. instituisset,
ac patentibus valuis, vti moris est, pranderet,
ingressus est cum multis alijs triclinium pran-
dentis Imperatoris Martinus Lutherus. Maxi-
milianus Imper. visum Lutherum cum ex-
ctius paulò & diutius intueretur, tandem Ba-
ronem ex familia Schêck de Erpach M. Suæ au-
licum & pincernam, alloquitur his verbis:
Vade & aspicias monachum à vertice capitis,
vsque ad plantam pedis, & à planta pedis vs-
que

que ad verticem capitis diligentissime, & videtis referto. Baro Imperatori interrogans respondit, se monachum cuculla reſtituisse, quid verò pectori & animo eius videt, videre non potuisse. Imperator rursus eisdem quibus antea verbis, mandat Baronem monachum denuò collustrare. Baro, etiam rursus vice adiret, refert se nihilo plus quàm antea, videre posse. Imperator, phraſi ſibi familiari regerebat, amore boni Dei, fac quæ tu Baro obtemperans, vadensque & rediens eisdem sermonem Imperatori (vñ supra dicto) interroganti, repetijt. Subiungit protinens Imperator: Si tu nihil vidisti nec vides, dicam tibi quid ego videam: Video cacodæmonem in forma corporea humeris istius monachi insidentem, & te quidem superſtite, me vero defuncto, iste monachus, turbas, calamitates, & miserias grauiſſimas in imperio concitat. Hæc verba ex ore D. Maximiliani audiuntur, eisdem præcipuus Germaniæ Princeps, secularis, cuius nomen consulto præterimus, quoniam ipso tempore mensæ Imperatoris cum alijs Principibus, Comitibus, Baronibus & Nobilibus astitit. Iste verò Princeps hæc verba contigisse, filio suo retulit. Qui filius principis & hæres hæc omnia & singula duobus principibus, Electoribus, Cõsiliarijs, primarijs, fidelibus recesuit, quæ vtrūque probè nouimus, alterum illorū adhuc superſtes, hæc & voce & scriptis nobis communicauit. Non abſimile est, quod

refert VVilhelmus Bibliothecarius libr. 3. de
gestis Anglorum: cùm in extremis positum E.
piscopum Carnotensem Fulbertum multi vi-
sitarent, & ædium capacitas vix confluenti-
bus sufficeret, ille inter oppositas cateruas o-
culo longè cõspicatus Berengarium, nisu quo
valuit expellendum indicavit, protestatus, im
manem dæmonē propè ipsum consistere, mul-
tosq; ad eum sequendum blandiente manu, &
illice anhelitu corrumpere.

*Diabolus Be-
rengario assi-
stere visus,*

*De puella demoniaca quæ Augusta Vindeli-
corum Lutherana doctrina præconibus ad
exorcizandum oblata, illisq; nihil profici-
entibus, tandem à Catholico Parocho libe-
rata est.*

CAP. XLII.

IN Diui Georgij suburbio Augustæ Vindel-
licorum habitavit anno Dominicæ Incar-
nationis 1563. quidam ciuis Michael Rossi-
mannus Textor, qui habuit filiam Annam no-
mine, annum agentem vigesimum, quæ in mē-
se Martio eiusdem anni, nocte à dæmone sol-
licitabatur vt sese ei dederet, nec diu post ve-
luti mentis quandam impotentiam præ se fer-
re videbatur, Paulò post diabolus in specie ter-
rime ac atræ felis in vaporarium proruit,
multis ibidem cum eadem Anna præsentibus.
Porò ipsa Anna iam antea, ac deinceps mani-
festò à dæmone obsessa apparuit. Qui etiam
miris & horrendis modis eam afflixit, adeò vt
iamnunc eam abrepturus & ad inferos aue-
ctus

T t

ctu-